Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars prima - Cod. Aug. perg. 22

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum XIII

urn:nbn:de:bsz:31-41594

Visual Library

beatus iacobus apostolus · primus ierosoli
morum episcopus / predicans episcopatus · per
titulo fullonis · percussus martirio coro
natus · Inter hoc templum et altare · quod
est ante templum foris in atrio ad meridi
em · zacharias ~~martir~~ filius barachie
martir occubuit / Ipsum vero templum
rotundum / constat ex octo parietibus · con
clusum exterius per circuitum interius vero
ingentibus columpnis marmoreis per
trinum in medio quoque in ipsa altitu
dine in modum fornicis est obductum · Est
autem maioribus scriptum in supremo
ordine · Audi domine ymnum et orationem · quam
servus tuus orat coram te hodie · ut sint
oculi tui aperti et aures tue intente super
domum istam · die ac nocte · In unoquoque
vero pariete celatis scripti sunt singuli
istorum versuum maioribus · ita ut per
totam civitatem legi possint · Contra ci
vitatem pax eterna / ab eterno patre sit
huic ~~operi~~ domui · Contra templum mi
litum · bene fundata est domus domini super
firmam petram · Contra bethaniam non
est hic aliud nisi domus dei et porta celi
Contra montem oliveti · beati qui habitant
in domo tua domine · Contra vallem Iosaphat ·
benedicta gloria domini / de loco sancto eius
Contra claustrum templi · in domo domini
omnes dicent gloriam · Contra montem syon
templum sanctum est · dei cultura est / dei
edificatio est / Item contra civitatem · In
domum domini letantes ibimus · hoc templum
in inferiori parte urbis in orientali muri
ad orientem non longe a muro / ad meri
diem est situm · In huius templi ecclesia so
lebant esse cum abbate canonici regulares
secundum regulam beati augustini domino
servientes · Non longe autem ab hoc tem
plo domini est templum aliud immense quan
titatis et altitudinis quod est domus salto
~~natus~~ i · de lignis libani dicitur / templum

salomonis vocatur · quia salomon ibi docebat et iu
dicia faciebat · et ad distinctionem alterius
supradicti quod specialiter appellatur templum domini
Ut ergo maria et Ioseph perfecerunt omnia quae
secundum legem debebant · nichil obmittens
quamvis non tenerentur · recesserunt · de iherusalem ·
volentes redire in galileam / in civitatem suam
nazareth · Erat quidem ut dicit theophilus
eorum civitas Bethleem sicut patria / na
zareth vero tamquam habitaculum · Vade et tu
semper cum eis · et adiuva portare puerum
ihesum · et serviens eis in quibus poteris · Oratio
Ihesu desiderabilis / qui in templo
iusto Symeoni te ad videndum de
sideranti · ad amplexandum amica
biliter tribuisti · Venientem ihesu dulcissime ·
et toto desiderio te expectanti templum cle
menter indulge · ut quicquid impuritatis in me
inveneris · per gratiam purificationis expelle ·
et cor meum templum tuum dignanter in
habitando perfice · ibi te brachiis desideriorum
amplexer · et teneam · Da mihi semper desi
derare te fontem lucis · qui es apud patrem ·
et non prius de hac vita exeam · quam te
oculis cordis videam · qui es amor et desi
derium / vita et premium te desiderancium
Amen

De fuga domini in egiptum et nece puerorum capitulum xiiii

Dum ergo maria et Ioseph
perfecerunt / versus nazareth
nescientes adhuc super hoc
consilium domini · et timor de puero
iam inciperet dilatari · Angelus domini
apparuit in sompnis Ioseph · dicens ei ut
surgens acciperet puerum et matrem eius
et fugeret in egiptum · quia futurum erat
ut herodes quereret puerum ad perdendum
eum · Quoniam humilitatem perfectam
rerum specialiter adornari · docet comita
tu ~~~~ continuo · scilicet paupertatis in fu
giendo divicias · et fomenta superbie ·
patientie vero mansuetudinis in passione exemplum

hoc vero
by

obediencie quoque in alienis parendo mandatis. Ideo superne revelationis oraculo Christus in Egiptum transfertur, ut peregrinus et pauper in parvulis ipsius cum occisis occiditur, et quasi in quolibet trucidatur; et ad captivam reductus a deo erat subditus gentibus, ut nunquam vel ad momentum recederet. Unde cum xii factus annorum remansit in Iherusalem, non sine matris dolore quesitus nec sine gaudio inventus. Joseph vero evigilans matrem excitat, et quod ab angelo audierat ei narrat. Ipsa vero ingemiscit, et nulla mora contracta surrexit, et ad iter arripiendum se disposuit. Concussa sunt enim ad hanc vocem omnia viscera eius, et circa salutem filii sui condolebat, negligens corporis. Conspice et meditare ista, et quomodo puerum Jhesum dormientem mater elevat, et puer sic improvise excitatus plorat, et compatere ipsis, si qua ante te consteterit pietatis. Igitur de nocte versus partes Egipti iter arripuit, quia nox magis quam dies fugienti competit, ut sic negocium magis occulte fieret, et pararentur pericula imminencia evaderet, ne saltem fuga a videntibus accusari apud regem posset. Licet enim de hoc haberet revelacionem divinam, non tamen propter hoc debebat obmittere quod poterat facere secundum viam humanam. Ecce fugit Christus, et nocte fugit, ut fuga que per se difficilis est, noctis obscuritate difficilior fiat. Fugit autem in Egiptum, ut eos spiritualiter illuminaret, protegeret et sanaret. Unde Augustinus: Audi eciam magnum misterium, fratres. Moyses aliquando in Egipto perfidis clauserat diem; illuc Christus adveniens sedentibus in tenebris reddidit lucem con
et Crisostomus: Quia in Egiptum recordatus est enim dominus, qui in finem non irascitur, quanta mala fecerat super Egiptum, ideo misit filium suum in eam, dans illi reconciliacionis signum et perpetue amicicie pignus, ut decem plagas Egipti una medicina sanaret. Immutacio dextere excelsi, ut populus qui

Cogita quanta compassione digna esse potuit, cum ipsa puella delicata que de partu recenti surrexerat in terram longinquam per vias asperas et incognitas cogebatur fugere, cum puer tenellus sic per vias longinquas cogebatur circumferri, quem mater pro dolore compellebat mane Jhesum dormientem etc.

ante fuerat persecutor populi primogeniti, postea fieret custos filii unigeniti. Et iterum in Egiptum parvulus mittitur, ut illam regionem que pre omnibus terris flamma impietatis ardebat, igne pocius fidei succenderet. Ex hiis persuadens eciam de aliis mundi pressuris fugienda sperada esse meliora. Et ut addiscamus quod ab impiis viris malignis ad temptaciones debeamus atque insidias precavere. Nam ab ipsis cunabulis Christi istud effectum est, ut tu videlicet hoc audiens, cum cordis tribulaciones varias et mille sustines discrimina, nichil novi accidere, sed ut isto omnium eius exemplo viriliter cuncta sustineas. Scias tribulaciones maximas inseparabiles quasdam comites esse virtutum. Hec Crisostomus. Ideo circa fugit in Egiptum magis quam in aliam terram, ut ostenderet se verum Moysen, ut sicut Moyses populum de Pharaone et Egipto liberans in terram duxit promissionis, ita ipse populum fidelium de dyabolo et inferno liberans secum ad regnum duxit beatitudinis. Multa quidem bona considerare potes in pueri nativitate et infancia. Primo considera quemadmodum dominus in sua persona circa prospera sustinuit eciam adversa. Ecce enim in nativitate sua magnificatus fuit a pastoribus tanquam deus, et paucorum post circumcisus tanquam peccator. Item venientes magi eum plurimum honoraverunt, et ipse nichilominus in stabulo remanens inter bestias stabat, et ut quidam homunculi filius plorabat. Postea presentatus in templo Symeon et Anna extulerunt quam plurimum, et nunc ab angelo dicitur quod fugiat in Egiptum. Et multa talia in vita sua poteris reperire que ad nostram instructionem possumus retorquere. Unde Crisostomus: Dispensatorie deus in mestis rebus quedam eciam iocunda permiscet. Quod certe in omnibus sanctis facit, quos neque tribulaciones neque iocunditates sinit habere continuas, sed ti

ex adversis tum ex prosperis iustorum vita
quasi admirabili quadam varietate contex-
itur. Quod hic quoque cum Christo considera. Vi-
dendo quippe suus Joseph gravidam sponsam.
in turbacionem incidit maximam. Sed affuit
repente angelus suspicionem solvens et tris-
ticiam prorsus extinguens. Deinde videns Christum
enim natum maxima exultacione repletus
est. Sed rursus huic gaudio periculum grande
successit cum tota civitas turbaretur et ipse
rex fureret. Sed et huic merorem rursus leticia
subiuncta est apparicio videlicet stelle et ad-
oracio magorum. Post hanc quoque iocunditatem
iterum periculum iterumque formido. Que-
rit Herodes animam pueri et fugere necesse est
et in longinquam terram. Sic ergo. Cum ergo
consolacionem habueris tribulacionem ex-
specta et econverso. Unde nec in consolacioni-
bus debemus extolli nec in tribulacionibus
frangi. Dat enim nobis deus consolaciones
ad spem sublevandam ne deficiamus et tri-
bulaciones ad humilitatem conservandam
ut cognoscentes nostram miseriam semper
in suo timore serviamus. Secundo circa dei con-
solaciones et beneficia quod qui ea percipit non
percipienti se preferre non debet et qui non
percipit non percipienti detrahatur et cetera.
nec percipienti invideat. Nam et angelicas
locuciones sciebat Joseph et non Maria cum
tamen longe esset ea inferior. Item et qui
percipit si non percipit quando suo velle.
non debet esse ingratus nec murmurare.
cum etiam Joseph qui tantus apud deum
erat non palam sed in sompnis tales lo-
cuciones acciperet. Tercio considera qualiter
deus permittit suos persecucionibus et
tribulacionibus vexari. Et vere magna erat
tribulacio matri et Joseph cum viderent pue-
rum Ihesum ad occisionem queri. Quod cum
sinistrum audire potuerat. In hoc etiam tribulato
erat quod in terram longinquam quam igno-
rabant et per vias asperas eos ire opor-

tebat cum inhabiles ad eundum dura iter.
iuvenculam Joseph vero iter propter senectutem. Ipse
etiam puer quem portare debebat adhuc
tenerrimus erat. Peregrinari quoque habebant
in terra aliena pauperes et qui nichil habe-
bant. Omnia enim ista sunt afflictionum materia.
Tu ergo cum tribularis pacienciam habe nec
credas tibi a deo privilegium dari quod nec
sibi tribuit nec matri. Quarto considera be-
nignitatem domini videns quomodo tam cito persecucionem
patitur et fugatur de terra nativitatis sue et quam
benigne cedit furori illius quem poterat
in momento perdere. Magna paciencia domini
sed non minor eius humilitas. Ille enim ante
faciem persecutoris fugit cui angeli minis-
trant. Deus enim est sed ut homo fugit Hero-
dem impium qui refugium est omnium. Considera
hic eius humilitatem et miram pacienciam. Nolebat
persecutori vicem reddere nec eum offendere.
sed fugiendo insidias evitare. In quo dedit
nobis exemplum ut et nos sic faciamus cum
scilicet adversantibus vel persequentibus non resis-
tere vel vindictam de ipsis expetere sed pa-
cienter expectare et furori ipsorum cedere et
quod plus est ut alibi docet pro eis orare.
Quod enim dominus in Egyptum dicitur sublatus
est in Egyptum significat electos sepius
malorum improbitate suis sedibus effugan-
dos vel eciam exilio dampnandos. In quo
eciam exemplum debilibus reliquid et
eos ad pacientiam confortavit. Nam qui fu-
git sicut fuit et exempli non timoris.
ut exemplum daret suis. Maxime cum fu-
ga et conservacio prelati prodest ecclesie
ut Pauli et quando grex non periclitatur
de fuga prelati. Moraliter per fugam istam
in Egyptum significatur fuga iusti a peri-
culo et perdicione peccati in statum penitencie.
ubi debet manere usque ad obitum Hero-
dis id est donec cessent impugnaciones
hostis. Fugiebat ergo dominus ante fa-
ciem servi sui. Immo potius servi-

dyaboli · non quod mortem timeret · sed ut ipse
congruo tempore sustineret · Non enim fugit
mortem qui mori venerat / nec insidias expa/
uit · qui insidias et versucias dyaboli appe/
re venerat · Portauit eum mater tenera
et iuuenis valde · et sanctus Joseph multum
senex in egiptum per viam siluestrem ·
obscuram · nemorosam et inhabitatam · per
viam eciam valde longam · Dicitur enim quod
aditer tarpeis sunt · xii · vel quindecim
diete · pro eis autem forte erat iter duorum
mensium vel plurium Fuerunt autem ut
dicitur / per desertum illud · per quod filii
israel transierunt · in quo et xl · annis steterunt
Sed quomodo de victu secum portando fa/
ciebant ubi eciam et quo de nocte hospi/
tabantur et quiescebant · Raro enim domos
in illo deserto inueniebant · Compatere ergo eis /
quia labor difficilis · magnus et longus est
tam puero quam ipsis et vade cum eis et
adiuua portare puerum · et in omnibus
quibus poteris exhibe eis ministerium
Non deberet videri nobis labor penam
agere pro nobis ipsis · pro quibus labor
tantus ab aliis et a talibus · et tociens
est assumptus · unde Bernardus · Nolim tua me
ditacione fugientem in egiptum · relinquere
meditatum · Inspiciat oculus deuocionis ·
paruulum ihesum · dulces mamillas glorio/
se matris · dulciter sugentem · et mammas
maternas filiali more tractantem · Quid
visu iocundius · Quid delectabilius · Cerne
illum qui inmensus est / paruulis brachiis ·
ad matris colla pendentem / et dicas · Feli/
cium feliciorque dum illum video quem reges
optauerunt · videre et non viderunt · Digne
est visu · quod speciosus est forma pre filiis ho/
minum · Cogita et recogita · quo animo
et qua cogitacione tenebat illa dulcissima
mater eius · cum illum dominum tantum ·
ac talem · in brachiis suis osculando · et
leta teneret · tunc ei ut infantulo gesti/

enti dulcibus osculis · atque frequentibus co/
gauderet · tunc cum lactantem · super genua
sua quibus poterat modulis consolaretur ·
tamen denique aliis atque aliis studiis · ad quem
te pax materna pietas ~~consolaret~~ informa/
bat · ei pro qualitatum necessitudinibus
sedula blandiret · Opinare verum esse quod
dicitur / eum esse a latronibus compre[hen]/
sum in via · et adolescentuli cuiusdam beneficio
ereptum · Erat is ut dicitur principis la/
tronum filius · qui preda potitus · cum pu/
erulum in matris gremio · conspexisset ·
tanta in eius speciosissimo vultu · splen/
doris maiestas apparuit · ut eum supra
hominem esse non ambigens · inaestimabili
amore amplexatus est eum · O · inquit
beatissime paruulorum · si aliud sic tempus
obtulerit · michi miserendi · tunc memento
mei · et huius temporis noli obliuisci Fe/
runt hunc fuisse latronem · quod dex/
teram dei crucifixus · alterum blasphema/
tem corripuit dicens · Neque tu times deum ·
quod in eadem dampnatione es · Et nos quidem
iuste · hic vero nichil mali gessit · Conuersus
vero ad dominum eum in illa · que in paruu/
lo apparuit intuens ~~~~ maiestate pac/
ti sui non inmemor · memento inquit mei ·
dum veneris in regno tuo · Itaque ad in/
dicium amoris · hac non vocale arbi/
trior · uti opinione remota · omni affirman/
di · temeritate · hec Bernardus · Herodes autem
cum magi · quos expectabat per eandem
viam regressuros / ad eum non reuerte/
rentur · et nichil sibi remitterent / putauit
eos visione stelle deceptos · et erubuisse
ad eum redire · et ideo cessauit a pueri inqui/
sitione · vel tot et tantis occupacionibus re/
gia cura distendebatur · ut a pueri inquisi/
tione retineretur vel impediretur · Sed cum
postmodum audiuit que in templo gesta erant
que Symeon dixerit · et quid anna prophetauit
tunc fama pueri nati crescente et hanc

ex hinc magis timuit, et sentiens se illusum a magis ad ipsum non redeuntibus iratus est valde tum propter sui contemptum tum propter timorem amittendi regnum et ideo de morte puerorum bethlemitarum tractavit ut cum eis occideret illum quem magnitudo sibi fuit. Putabat enim quod si omnes pueros occideret unus quem querebat evadere non posset. Non estimans infelix quia non est consilium non est sapientia non est prudentia contra dominum. Cum ergo de nece puerorum disponeret per epistolam hortatus est a cesare augusto ut romam veniret. Et cum iter faceret per ciliciam audiens naves tharsensium magos transvexisse iratus valde in spiritu vehementi a mira combuti et conteri fecit naves de tharso aliae quibus magi credebantur occulte redisse secundum quod david prophetaverat dicens in spiritu vehementi conteres naves tharsis. Et de roma revertens iherosolimam misit speculatores et iussit omnes occidi pueros qui erant in Bethleem iude et in omnibus finibus eius et locis adiacentibus a bimatu et infra id est bienes et minoris etatis usque ad puerum diei seu noctis unius secundum tempus quod a magis de ortu stelle exquesierat ut nec loco nec tempore celaretur qui natus erat. Quorum maxima pars tertio miliario a bethleem ad austrum sepulta sunt. Bimatus spatium duorum annorum dicitur a bis et ymatos greco quod est annus latine. Et inde bimatus quasi binus annus appellatur. Unde et bimus animal duorum annorum. Et trimus animal trium annorum. Inter opiniones diversas communior sententia et usitatior hec est quod herodes evoluto anno post cristi nativitatem occidit infantes et quod stellam eadem die qua erat natus dominus ortam didicerat. et secundum ortum stelle dum a

magis illum et insuper aliquot dierum esse sciebat. ideoque supra etatem eius usque ad bimos et infra usque ad unius diei seu noctis infantes deseviit in pueros timens ne puer cui sidera famulabantur paulo supra etatem vel infra speciem suam transformaret ut etatem sui temporis occultaret. Sic ergo post annum et quatuor a nativitate domini dies verisimile est eum occidisse infantes. Tunc impletum est illud Jeremie. Vox in Rama audita est. ploratus et ululatus multus et cetera. Rama non est hic proprium loci sed est hic nomen commune. et interpretatur et significat excelsum ut sit sensus vox in excelso audita est id est longe lateque diffusa quia multum exaltata. Et nunquam diffinidebatur que sua magnitudine immensa. Multus est enim ploratus quantum ad fletum parvulorum et ululatus quantum ad lamenta matrum. Ibi erat ubi tot parentes tot homines utriusque sexus visa tanta crudelitate etiam si vellent voces cohibere non poterant. In parvulis autem mors faciebat finem doloris in matribus vero semper per memoriam reparabatur et ideo dicit ululatus multus. Vel in excelso audita est quia de morte innocentium intelligebatur quorum sanguis usque ad celos contra interfectores eorum clamavit secundum illud vox pauperis penetrat nubes. Cumque autem bethleem sit in tribu iuda orta de lya et iherusalem in tribu beniamin orta de rachel plorare tamen dicitur Rachel filios iude id est bethleem quasi suos sive quia iuxta bethleem in effrata sit sepulta. ac racione sepulture et ex mora corpusculi hospitio nomen matris accepit. et dicta est mater ipsius Bethleem et habitantium in ea. Sive quia iuda et Beniamin due tribus iuncte ac contigue sibi et proxime erant quia iuxta se hereditatem acceperunt et similibus partibus beniamin

pre Bethleem perveniebat. et herodes ipse reperit non solum in Bethleem. sed et in omnibus finibus eius interfecit pueros. Per occisionem bethleem intelliguntur multos rachel filios de beniamin provincia sua se occisos. quod evangelista insinuat. ad exaggerandum scelus herodis. quia ex effrenata crudelitate hoc fecit. Unde Rabanus. Crudelitas in nullo modum cessit. non est contenta vastacione bethleem. sed et adiacencia loca vastavit. Ploravit autem Rachel filios suos. et noluit consolari quia non sunt. idest de hoc quod non erant. et super hoc quod mortui erant. quia in eternum victuros esse sciebat. Rachel que ovis vel videns deum dicitur. etiam significat. aut tota in tencione ut deum contempletur invigilat. et ipsa est ovis centesima quam pastor in humeris ad caulas reportat. Hec ergo filios suos plorat. quia pro persecucione fidelium gemit. Non vult autem consolacionem recipere. de hoc quia non sunt. idest quia sunt mortui ut qui vicerunt secularium mortem rursus ad seculi certamina secum toleranda redeat. iterum pugnaturi. sed gaudet potius. quia felices sunt. et regnant cum christo per martirium coronati. Plorat ergo. eciam bonos ut martires quia videt eos iniuste cruciari. sed quia scit illos beatos non vult temporaliter. sed eternaliter consolari. Plorat eciam malos ut impenitentes. quia videt eos dampnari. et quia videt illos irremediabiliter perditos non vult consolari. Ubi sciendum. quod triplex est genus martirum. quoddam voluntate. et actu ut stephanus. quidam voluntate non actu ut evangelista iohannes. tercium non voluntate sed actu ut innocentes. in quibus cristus cuius vice mortui sunt. supplevit siquid defuit voluntatibus.[a] Nam dilectus ecclesie sponsus candidus in Johanne. rubicundus in stephano. electus ex mi

[a] Unde ordinantur eorum festa post nativitatem domini secundum maiorem martyrii dignitatem / primo Stephani / secundo Johannis / tercio Innocentum. Ita dicit

libus innocentibus. Innocentes ergo. et si usum volendi non habebant. et sic testificari non poterant. cristus tamen cuius vice mortui sunt supplevit. si quid defuit voluntatis. ipsi autem non loquendo. sed moriendo testificati sunt. Lavato igitur vocabulo martires cristi. idest testes dicuntur quos enim testes latine dicimus. greci martires appellant. quia non ipse testes christi sunt. quia nec pro fide christi nec pro iusticia occubuerunt. sed quia pro cristo idest loco cristi occisi sunt. quia in eorum medio cristus querebatur occidi in quo eum et si non loquendo. tamen moriendo sunt confessi. Multis vero de causis potest quis martir fieri. scilicet pro iusticia ut abel. pro lege dei ut machabei. pro asserende veritatis ut ysaias. et ieremias pro arguicione peccati. ut Johannes baptista. pro salute populi. ut cristus pro fide et nomine cristi ut sthephanus pro libertate ecclesie ut thomas. pro cristo seu loco cristi. ut ~~stephanus~~ hii pueri unde et ecclesia pro hiis pueris solempnizat. quamvis ad inferos descenderint. et ob hoc cantica leticie permittuntur. Unde Leo papa. In Bethleem omnes occiduntur infantes. qui dum innocentes pro cristo moriuntur. primum cristi martires exstiterunt. et perfecte laudis martirum consecuntur. Unde non immerito infantes illi beati per omnia exstiterunt quicumque mori pro cristo meruerunt. Unde et augustinus. O parvuli beati modo nati. numquam temptati. nondum luctati iam coronati. Et iterum. Numquam ipsi hostis beatis parvulis tantum prodesse potuisset obsequio. quantum profuit odio. Nam quantum contra eos iniquitas habundavit. tantum gracia divine benediccionis effulsit. Et dum impiquatur. regi in eo coeuum procuravit exactum solis incrementis candidatum. hec Augustinus

Considera hic quomodo xpus adhuc infans tenerrimus · iam cepit pati in se et in suis · et vehementer ei compati · siqua mente sit conscia pietatis · unde Anselmus · Et certe tenella hec xpe tua infancia a persecutorum gladiis tuta non fuit · Adhuc enim inter dulcia matris ubera sugens dependebas · quando apparuit angelus in sompnis Joseph dicens · Surge et accipe puerum et matrem eius · et fuge in egiptum · et esto ibi usque dum dicam tibi · Futurum est enim ut herodes querat puerum · ad perdendum eum · Jam · ex tunc bone ihesu · pati cepisti · Non solum autem illam tue infancie vexacionem · interim pertulisti · sed eciam mortem in pusillis tuis · quorum · multa milia inter mamillas matrum per te herodis truculentam immanitas excepisti · Hec Anselmus · In ista herode crudelitas impiorum persecucionum martirum cede posse religionem xpianam · extinguere · et in occisione parvulorum · innocentum martirum · qui parvuli · id est humiles et innocentes · occisi sunt ab impiis · forma processit · Sed non sic religio in xpo fundata extinguitur · quia ut leo papa ait · non minuitur persecucionibus ecclesia · sed augetur · Unde secundum Bedam et beatum · herodiana malicia · et babilonica crudelitas est nascentem velle religionem extinguere et parvulos ipsius allidere · Si quis enim quod ad salutem pertinet · siquis religionis vel sanctitatis ortum · vel profectum vel consumacionem · impedit · vel prosequitur · talis plane cum egipciis parvulos ipsius fidei gemmine necare conatur · immo cum herode nascentem salvatorem persequitur · Sed autem nato dno persecucio cepit · significat per omne tempus vite presentis non deesse saevos · qui electos dei persequerentur · sicut dns in evangelio ait · Si me persecuti sunt · et vos persequentur · Et aplus · omnes qui pie volunt vivere in xpo · persecuciones paciuntur · Sed vero pueri pro dno occisi sunt · significat per humilitatis meritum ad coronam martirum esse veniendum · quia ut dominus ait · qui se humiliat exaltabitur · puerorum enim innocencia · humilitatem significat simplicium de quibus dns ait · sinite parvulos venire ad me · talium est enim regnum celorum · Sed autem parvuli occisi sunt · sed xpus evasit · insinuat corpora martirum ab impiis posse perimi · sed xpum pro quo persecucio fuit · nullatenus posse fidelibus auferri · Sive enim vivimus · sive morimur · dni sumus · Spiritualiter occidunt pueros in nobis et multiplicat · pharao submergendo · herodes detruncando · Anthiochus suspendendo · medi sagittando · In flumine submergente significatur delectacio presentis voluptatis · In gladio detruncante · inflictio presentis adversitatis · In sagitta de longe percuciente · timor future asperitatis · in suspendio · spes sive ambicio future prosperitatis · Hic ergo dyabolus qui pharao · i · dissipans per invidiam · qui herodes idest glorians per superbiam · qui medus idest mensurans · saliat culpe penam per malam intencionem · qui anthiochus · i · silenciam paupertatis · per fraudulenciam paupertatem eum celat · et divicias suggerit hic occidit pueros · secundum quatuor affectus que sunt gaudium · presentis prosperitatis · et spes future · tristicia presentis · asperitatis et timor future · Et est notandum quod interficiunt pueri in quo sulacia in bethleem · inquo habundancia a bimatu · et infra · in quo prima · et hoc compaciendo luget ecclesia · Cum aut maria et Joseph cum puero ihesu intraret egiptum · omnia ydola egipti ruine in templis suis corruerunt · sicut per ysaiam fuit prophetatum · Tradunt · n · quod sicut in exitu filiorum israel de egipto · non fuit domus egipti · in qua deo precavente non iaceret mortuum primogenitum · ita nec modo ·

fuit templum in egipto in quo cum corruisset
ydolum. Sic et ante archam domini corruit da-
gon ydolum cum archa confregisset ad ipsum.
Ut dicit in Scolastica hystoria quod Jeremias in egiptum
per captivitatem ductus fuit ostendit eis quod in futuro quedam ✝
Descensum domini in egiptum propter persecu-
tionem herodis significatus fuit transitus apostolorum
ad gentes propter persecutionem eis in iudeam a iu-
deis. per reditum autem eius in iudeam
defuncto herode significatur illuminatio iudeorum
in mundi fine. Unde secundum Remigium
Per ioseph significantur predicatores. per puerum
fides et doctrina salvatoris. per mariam etiam
et sacra scriptura. per persecutionem herodis
persecutio facta a iudeis. per fugam Joseph
in egiptum transitus predicatorum ad
gentes ad quas fidem christi et ecclesie tulerunt.
Defuncto herode idest iudeorum infidelitate per
tempus autem quo fuit in egipto spacium
temporis ab ascensione domini usque adventum
antecristi. per obitum herodis extinctio invi-
die in cordibus iudeorum in fine. Tunc igitur
dominus in egipto ignorancias tenebras effuga-
vit et ydolorum vanitate destructa dei cul-
tum venerationemque reparavit. Ubi
igitur fidei successibus in tantum excrevit
quod etiam deserta eius replevit. Domini et-
enim postmodum heremus egipti promo-
vit ut paradiso melior et celo clarior ef-
fecta videtur. Unde Cris. Denique si quis
nunc ad egipti veniat solitudines paradi-
so prorsus omni illam videbit heremum
digniorem et innumerabiles angelorum catervas
in corporibus fulgere mortalibus. Est enim
cernere tota illa regione diffusum exercitum
christi et admirabilem illum regnum effe-
ctum virtutumque celestium conversationem in terris
imitantem. Non ita varijs astrorum choris
celum fulget ut egiptus in multis monachorum
distinguitur atque illustratur habitaculis. Hoc
est quidem sacris ympnis ac vigilijs in-
sistunt uno oracionibus manuum quoque operibus

exercent. apostolice ausum virtutis imitantes. hec
Cris. Fuerunt ergo ad quandam civitatem
thebaide que vocatur heliopolis et ibi aliqua
domuncula conducta habitaverunt per
septem annos tamquam advene et peregrini
pauperes et egeni. Sed unde et quomodo isti
tanto tempore vivebant. Numquid mendica-
bant. Legitur autem de domina quod colo et acu
querebat sibi et filio victum. Nebat ergo
et filabat domina mundi pro precio paupertatis
amore et zelo. O quot et quanta humilitatis
advenis fiebat iniurie. quas omnes vitare
non venit sed suscipere. Sed etiam si aliquis
filius famem paciens panem peciit unde
daret non habuit. Nomine omnibus et
similibus totaliter conterebatur viscera eius.
Consolabatur verbis filium prout poterat
et melius opere victum procurabat et sibi
forte aliquid de victu subtrahebat filio reser-
varet. Et si ex opere manuum oportebat
querere victum. quid dicemus de vestimentis
quid de utensilibus. scilicet lectis et alijs
infra domum oportunis. numquid dupli-
cia. numquid superflua. numquid curio-
sa habebat. hec contra paupertatem fuit
et hec si habere posset nollet ea paupertatis
amatrix. Et numquid domina suendo vel alia
opera faciendo faciebat more quarumdam
opera curiosa. Absit. Est enim preciosissimum
et valde magnum vicium propter multa
de quo locus dicetur infra. Conspice nunc do-
minam in laboribus et in operibus suis
filando suendo texendo. scilicet ea que
modo facit ea fideliter atque humiliter et
diligencia et melius super filio suo et
super gubernatione domus curam diligen-
tissima habendo vigiliis quoque et orationibus
vicia quoque semper intendendo et toto
affectu compatere sibi. Et considera quod non
habuit omnino gratis regimen dei domina vos
in. Sed et sanctus Joseph faber lignarius
aliquid operabat in arte lignarius. Unde

✝ usque preveni essent et tunc omnes dij et omnia ydola egipti ruerent. Egyptij vero ymaginem regis cum puero sculpebant et sibi honores exhibebant. Hec autem prophecia tunc impleta quando christus cum matre intravit egiptum et in plenum non omnia ydola egipti corruerunt et usque sic predictum fuit per prophetas in diminuent. Hoc idem prefiguratum fuit in moyse et pharaone et ... dei sui hamonis et corone. Ut enim in Scolastica legitur hystoria pharao rex egipti coronam regalem habebat in qua ymago dei sui hamonis sculpta erat. Filia quoque pharaonis quod moysen puerum in filium adoptaverat ... qua dij ... ut eum pharaoni ... Cum pharao alludens coronam suam imponebat quod ille ... pedes suos confringebat. Et cum eum occidere voluisset dixerunt quidam quod puerilis ... fecisset. Moyses nutu dei salvatus est a nece pharaonis. Sic christus nutu dei salvatus est a gladio herodis. Moyses natus est ut filios israel educeret de egipto. Christus hoc fuit est ut eripet nos de inferno. Moyses deum regis egipti cum corona confregit. christus omnia ydola egipti et deos eorum ad nichilum redegit. Hanc ruinam ydolorum illa statua pretendebat quam rex nabuchodonosor in sompnis videbat. De monte autem sine manibus quidam lapis est abscisus et in pedes illius statue seu ymaginis et ydoli est allisus. Contrivit eam et in pulverem redegit et postea ille lapis in monte excrevit. Lapis iste significat christum qui abscisus est de monte sine manibus quoniam natus est de maria sine tactibus maritalibus. Lapis iste scilicet christus contrivit in egipto omnia ydola de quatuor ... materia. Et confracta statua lapis ille in montem magnum excrevit quoniam destructa ydolatria fides christi per totum mundum inolevit et christus crevit in montem talem et tantum quod sua immensitate replevit terram celi quod ... De transitu domini in egiptum etc.

quia passionis occurrit materia. Tandem cum aliquam moram cum eis contraxeris, petens recedendi licentiam, et benedictione accepta, primo a puero Ihesu, deinde a matre, postea a Ioseph, genibus flexis, cum lacrimis et compassione magna valefacias eis, quia tamquam exules a patria sine aliqua causa et exulanti remanent ad peregrinandum ibidem per annos septem in sudore vultus sui victuri. Oratio

Domine Ihesu Christe qui adhuc infans persecutiones et exilia pati et infantes tuos pro te occidi voluisti, da michi constanter hec omnia ac etiam mortem si oportet pro te patienter tollerare, cunctaque prospera mundi despicere, et nulla eius adversa formidare. Et vos o sanctissimi innocentes, flores et primicie martyrum, qui per innocentiam et martyrii palmam Dei filio infanti adhesistis, dignemini de plenitudine gratie et innocentie vestre infirmitati et impotentie peccatorum meorum veniam et gratiam ab eodem Dei filio benignissimo obtinere. Amen.

De reditu domini ex Egipto et initio vite Iohannis baptiste

Completis autem fere septem annis quibus dominus peregrinatus est in Egipto, et Herode mortuo, vocatus est dominus de Egipto. Sicut enim dicitur in hystoriis, xxx° anno regni Herodis natus est Christus, et xxxvii° anno regni sui mortuus est Herodes. Hoc autem factum est ut completive impleretur quod dictum est a domino per Osee prophetam: Ex Egipto vocavi filium meum, scilicet consubstantialem. Hoc etiam de vocatione et exitu Israel de Egipto ad litteram legitur, qui etiam quandoque puer et filius a domino appellatur. Ista ergo auctoritas habet duplicem sensum litteralem, quia verificata est ad litteram de populo Israel vocato a domino de Egipto, perfectius tamen de domino nostro Ihesu Christo, quia ipse est filius Dei naturalis, alii autem sunt filii per adoptionem. Primo ergo anno Archelai, senioris filii Herodis, et anno domini octavo, Apparuit angelus domini Ioseph in sompnis dicens ei: Tolle puerum et matrem eius et vade in terram Israel, scilicet in Iudeam; defuncti sunt enim qui querebant animam pueri, id est vitam corporalem, scilicet Herodes ac complices eius et fautores in morte domini, scilicet scribe et pharisei. Sicut predixi, Herodes precepit in morte sua plures de nobilibus Iudeorum interfici, ut sic cogeret Iudeos, qui eum oderant, flere in sua morte. Vel Herodes mortuus est ad litteram, alii quo ad potestatem. Ex hoc ergo loco secundum Ieronimum intelligimus non solum Herodem sed et sacerdotes et scribas eodem tempore necem domini fuisse meditatos. Ut autem ait Remigius, per hoc quod angelus in sompnis Ioseph apparuisse dicitur, mystice designatur quod illi qui a curis terrenis et secularibus negotiis requiescunt, per sui angelica visione merentur. Igitur Ioseph consurgens tamquam proprius obediens accepit puerum tamquam nutricius sollicitus et matrem eius tamquam comes obsequiosus, et cepit redire in terram Israel. Vadunt ergo et transeunt per desertum per quod venerant. Vade et tu cum eis, auxilium et servitium exhibens, et impendens ipsis in quibus poteris. Et in ipso itinere sepe poteris compati eis et respicere ipsos fatigatos et labore devictos, et tam de die quam de nocte parum quietis habentes. O quanti sunt? extrinsecus puer ac delicatus rex celi et terre pro nobis laboravit, et quia cito cepit, unde psalmista in eius persona predixit: Pauper sum ego et in laboribus a iuventute mea. Penurias magnas, labores arduos et afflictiones duras corporis constantissime assumpsit, et se ipsum quasi odio pro amore nostro habuit. Erit plus hic labor de quo inter tractas